

## Werk

**Titel:** Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

**Autor:** Merian, Maria Sibylla

**Verlag:** Oosterwyk

**Ort:** Amstelædami

**Jahr:** 1717

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN476830389

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

**LOG Id:** LOG\_0104

**LOG Titel:** XLVII. Anemone, flore cocineo

**LOG Typ:** chapter

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

muratur, in Augusti principio phalænula superiùs in flore exhibita prodit cinerea ferrugineo colore variegata, vespere volitat.

Ad sinistram superiùs calyci exilis è lucido viridis erucula infidet, quæ pariter hac herba nutritur, in Augustum usque per me enutrita in rosei coloris aureliam immutabatur, elapsis quatuordecim diebus ad sinistram super flore repræsentatum volitans animalculum indè prodiit, duabus à retrò oblongis, & ab ante brevibus quatuor è lucido cinerei coloris ungviculis instructum.

#### XLVI. *Salix rubra florens.*

**T**Antam Julio mensè super hac arbore reperi erucam, quæ domum meam vix deportata uni foliorum subito sese intexit, ac in aureliam ferrugineam immutabatur, in Augusti principio è lucido fusca phalænula prodiit, cujus alæ lineis fuscis virgatæ erant, vespere volitat.

In medio stipite super quodam petiolo alia conspicitur erucula, quam in medium usque Junium hisce foliis enutrivit, ubi in aureliolam aut doliolum immutabatur, octo dierum spatio talis permanens continuò portatilis horologii adinstar pulsabat, in principio Julii inde musca prorupit, cujus corpus, cum capite, cornulisque nigrum, ambæ alulæ pellucidæ, ungviculi que sex flavi fuerant.

#### XLVII. *Anemone flore coccineo.*

**E**legantissimum hunc florem raritatis suæ gratiâ hic appixi, urticis huic erucarum generi verum in pabulum cedentibus, ejusdem quidem speciei hæ sunt erucæ, colore licet differentes, aliæ enim è lucido virides sunt. Aliæ fuscæ, singulæ tamen albis nigrisque lineis svaviter exornatæ sunt, quosdam in principium usque Septembris enutrivit, quarum aliquæ texturâ albicante confectâ fuscas in aurelias immutabantur, aliæ humi silentiosè sternebantur, fuscæ pedetentim factæ, & sursum in duas distinctas partes incurvantur, unde pauco tempore duo acari albi propebant, qui in doliola mutabantur, ex his

his iteratò cæruleæ duæ capitibus rubris instructæ muscæ pro-  
ducebantur; aureliæ in subsequenti anni mensẽ usque februa-  
rium immotæ jacebant ubi cineræ atque flavæ albo nigroque  
colore condecoratæ phalænulæ prodierunt, vespere pariter vo-  
litant.

XLVIII. *Cyclamen flore purpureo.*

**E**Ruca fusca subtùs viridis ab ante sex ungviculis, in medio  
octò, & à retro duobus adhuc pediculis constans, in finem  
usque Augusti lactucâ per me enutrita fuscâ in aureliam im-  
mutabatur, Septembri fusca nigro colore condecorata inde  
phalænula prodit, nigros habens oculos, vespere volitabat.

Inferius ad dextram cerasum conspicitur, cujus folio oblon-  
ga subflava, viridis erucula pascitur, ab antè sex ungviculis,  
& à retro duobus constans pediculis; viridibus hisce cerasorum  
foliis in finem usque Julii illam enutriti, ubi albicante texturâ  
sibi paratâ, fuscâ in aureliam immutabatur, elapso quatuor-  
decim dierum spatio inde phalænula producta fuit, cujus alu-  
læ inferiores fuscæ. Superiores autem unâ cum corpore è lu-  
cido virides maculis albicantibus punctulisque nigris exornatæ  
erant, interdium celerrimè volitabat; hunc florem in gratiam  
legentium hic adjunxi.

XLIX. *Sonchus Levis.*

**H**æc herba certæ cujusdam erucæ pabulum est, cujus pars  
corporis superior cinerea, fuscis per longum decurrenti-  
bus virgata lineis, albis deorsum maculis aspersa, inferius au-  
tem roseo tincta colore fuerat, in fine Julii in aureliam è luci-  
do fuscâ immutabatur, hocce modo transformata in subse-  
quentis anni mensẽ usque Junium permansit, ubi subflavavi-  
ridis nigroque colore exornata phalænula in lucem prodit, in  
volando, vespere tamen, celerrima.